



1561

L. Moq. Sl. Dr.

P

Pragylski Hyacinthi: Naeniola
ad foveam urnam Christo-
phori Spathi.

VITAE.

N.

George N^o 1990

V
PHI
PRE
PRI
STU
INQ
ET

IN

A M

12

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS.

1561 I

NAENIOLA

AD FERALEM URNAM
VIRI PERILLUSTRIS AC REVERENDISSIMI
M. CHRISTOPHORI IDATTE
LOTHARINGI

PHILOSOPHIAE ET S. THEOLOGIAE DOCTORIS.
PRESB. CANONICI CATHEDRALIS CRACOVIENSIS.
PRINCIPIS REGNI SCHOLAE UNIVERSITATIS
STUDIORUM CRACOVIENSIS PROCANCELLARII.
INQUE EADEM SCHOLA SACRAE SCRIPTURAE
ET LINGVAE GRAECAE EMERITI PROFESSORIS.

DUM

IN CATHEDRALI CRACOVIENSIS BASILICA
TERTIO NONAS NOVEMBERIS M.DCC.XCII.
HUMARETUR.

A MAESTRO COLLEGA M. HYACINTHO PRZYBYLSKI

EMISSA

TYEIS ACADEMIEIS


LIBROTE 1791
IAGELL.

12.

Πειθομαι σοφων λογους οτι ψυχη
πασα καλη τε και θεοφιλης, επειδαν
ται συνδεδεμενου λυθεισα σωματος εν-
θενδε απαλλαγη, ευθως μεν εν συναι-
σθησει και θεωρια του μενοντος αυτην κα-
λου γενομενη : θαυμασιαν τινα ιδουνη ηδε-
ται και αγαλλεται και ιλειως χωρει
προς τον εαυτης δεσποτην, ωσπερ τι
δεσμωτηριον χαλεπον τον ενταυθα βιον
αποφυγουσα και τας περικεικειμενας απο-
σεισαμενη πεδας..

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΣ

εν τω εις Καισαριον του εαυτου αδελφον επιταφιω.



Εheu Craciadum Jubar cornuscum !
Et Gallis Decus illud & Polonis !
AUGUSTI SAPIENTIS in Achates !
Nec non PONTIFICIS DUCISQUE REGNI!
Quorum Ille instituit Civem NEPOTEM.
Sacerus Sociis Amicus IDATT!
Dilectus Pater indigi popelli !
Eheu Delicium Piae Cathedrae !
Eheu gemma Academici Senatus !
Praeceptor bonus & bonus Sacerdos!
Miris CHRISTOPHORUS! suavis IDATT!
Cessavit recreare Templum & Urbem!
Doctae nec vacat amplius Palaestrae!
Illum jam Libitina saeva vulsit!
Orbavitque Viros Sodale charo!

Eheu Praesidium Gregis Togatae!
Doctor Religionis & Minister!
Praestans Arbiter Eruditionis!
Mellitissimus innocentiorum!
Prudentissimus eloquentiorum !
Disertissimus integerrimorum!
Non est! CHRISTOPHORUS suavis IDATT!
Non est! currite, currite o potente!
Nostris lachrymulae ex oculis.

Quis non condoleat gravesque corde
Dedecat gemitus sonosque diros,
Et singultibus impedita verba ?
Cernens CHRISTOPHORUM suavem in Urna ?
Qui Morum placuit virore Divis
Et mortalibus Artium nitore
Vitae dogmata sanctioris optans
Doctrinaeque salubris instituta.





Vos Nymphae! rogo, quotquot hinc & inde
Vandali vitreas habetis undas,
Aut colles patulos sacri Vavelli!
An vita magis integra & pudica,
An lingua magis eruditior,
An suada magis elegantior,
An culta validaque seriptione
Hunc quis vicerit innocentiorum?
Hunc quis vicerit eruditiorum?
Hunc quis vicerit elegantiorum?
Hunc quis vicerit eloquentiorum?

Seu magni ingenii sagacitatem,
Seu miram excutias suavitatem,
Seu pectus niveo colore tinctum,
Seu vim compositam elocutionis,
IDATI Dux erat atque Primipilus.
Dictando utiliter, monendo dulce.
Ludi Gloria nobilisque Praefes,
Os, frontem, faciem, manus, ocellos
Ad plenam gravitatis actionem
Formabat sine fictione torva
Et supercilio severiore,
Spectatorem etiam ut tacens moveret
Ad Virtutis opus laboriosum.

Hic recti & solidi aequus Aestimator,
Mumanus, placidus, modestus, insons,
Cursus tramite Nuncius Salutis,
Leviq; indice Censor atque Vindex,
Sparsit semina purioris Aevi.
Suasit, quae vetus approhavit aetas,
Quae vitam faciant boatiorem.
Mansuetudine Christianus armus
Blandis flectere vocibus studobat
Et pacare hominum furoris ausus
Et lenes iterum incitare motus.
Insit Justitiae tenere leges:
Promptis officiis juvare fratres.
Toto prendere corde Veritatem.
Emunctam maculis fovere mentem
Gaudere innocua quiete, rerum.

Absc



Abstinerè alieniorè cura,
Famam laedere nemini susurro.
Fortunam bene ferre utramque ubique.
Si quidquam est agere & pati necesse,
Pro verique bonique firmitate
Inconcusso animo subire molem,
Nec sperare lucrum, DEUM intueri,
Haec IDATI docuit, probavit, auxit
Exemplo Pietatis evidenti.

Nondum se ad gelidos tulit Triones,
Et jam Fama Virum ferebat usque huc,
Ingenti a puero Scientiarum
Bellorumque Operum calens amore
Hansit lumina Liberalis Artis;
Mox sanctis monitis probe innutritus
Tiro optabilis extitit Camaenis,
Jamque aetas juvenilis indicabat,
Quis maturior is futurus esset.
Nimirum Patriae probatae utrique
Virtutum Auctor erat futurus IDATI.

Nancei Gymnasium prius decorans
Orator celebrè praeeminebat,
Clarus Philosophus, Poeta solers,
Diffundens veneresque gratiasque,
Ut dum in Sarmatiae sinum migrasset
Exinde in Patriam novam vocatus,
Desideria Lotharis ciceret.

O quantas apud Hospites Polonos
Suscepit Venerandus Ille curas,
Ex quo Mysta fuit Vayellicanus
Atque Athleta Scholae Jagellianae!
Seu sacris operam daret Sacerdos;
Seu thecam legeret vigil Professor;
Intepresque foret μαλατος ελληνας;
Seu Doctoribus Ille laureandis
Praeiret vice Praesulis quaternae;
Et Miles generosus Ille CHRISTI,
Et Phoebi Asecla fidus atque fortis,
Suetus diceret ex utroque Caesar.

Quis



Quis summos apices Sacrae Paginae
Exprompsit meliusque digniusque!
Quis Scriptis Veterum potius apt plus?
Aut Linguas potius sciebat Illo?
Quis jam tersius explicavit inquam
Et Demosthenis & Platonis acta?
Lyceique Stoaque operata dicta?
Peritus fatum IDATT Atticorum,
Dexterque Aemulus indolis Quiritum,
Quo se cunque daret Pater venustus,
Quem se verteret Ille cunque in orbem,
Torquebat faciles, pios, acutos,
Sublimes, varios, grayes, rotundos
Sensus ingenio sagaciori,
Plauderent Viri ut eruditiores.
Libros triverat inclytasque Musas.
Spirabat fere lucubrationem &
Lucernas vigiles, silentiumque
Profundum & pluteum negotiosum.
Hinc quidquid superest opum Docentis,
Sanum est, perspicuum, fidele, amaenum.
Chartas Socraticas relinquit IDATT!
Queis fulcire manum Minerva possit.

Scriptor jam procul ecce! proh dolorem
In nostris animis acerbiorum
Fixit, dum in numerum Beatiorum
Iisset Caelicolarum amaeniorum!
Hinc moestae facies atrata in Urbe.
Hinc pullata gemenque multitudo
Stridet funera Gentibus duabus
Fulcri Sarmatiae atque Galharum,
Collegae ingenuo carant Amico.
Astro lucidiora Literati.
Luget Presbyterum Cleri Corona.
Doct rem vacuae plorant Cathedrae.
Trisicis Discipulus cupit Magistrum,
Palescens famulusque Herum benignum.

Sed cessent lachrymae dolorque cesset,
IDATT Emeritus Professör Ille!
Dignus Pindariisque dithyrambis,

Figur
Facu
Horro
Dign
Const
Jactu
Lelsi
Sorte
Subla
Hone
Et d
At p

Q
Cur
IDA
Qui
Non e
Indu
Nec

N
Manc
Mens
Ut d
Quiet
Pro r
Olym
Tali

SP
Aegr
Seu r
Inter
Seu p
Sedes
Seu d
Camp
Felix
Sanct
Afflic
Ut n



Dignus Maeonidae Vatis ore,
Facunda Isœratisque panegyti,
Horrendisque elegis Pœpi atque Youngi,
Dignus precipue est Vir Ille Divus.
Constantique imitatione nostra,
Jacturam cecinisse tanti Amici,
Læsis lugubribus notare cladem,
Sortem Terrigenum tetram fateri,
Sublatumque cito maerore justo
Honestare Virorum Exemplar, æquum est
Et dici memores suavis IDATT!
At ponendus erit modus dolori.

Quorsum sollicitæ placent querelæ?
Cur suspiria crebrius trahitur?
IDATT non perit, ast viget perenne.
Qui sancte moritur, beatus ille est,
Non est mortuus iste, sed profundæ
Indulget magis dormitioni,
Nec gaudet lachrymis coli profusis.

Non fas est nimio gravare lætæ
Manes magnanimos Patris Modesti
Mens celsa petit Domos Olympi,
Ut dulci fruere pro labore
Quiete, ut pretiumque lucuosum
Pro magnis operis referret illic,
Olympo Civis Iste dignus hercle!
Tali dignus erat Olympus Cive!

Spes in Munere NUMINIS SUPREMI
Aegras nulceat erigatque mentes!
Seu nos CHRISTOPHORI micans Sigillum
Inter sidera judicemus esse;
Seu pulchellam Animam thronum occupasse
Sedes Empireique censeamus;
Seu dein candidam imaginemur Umbram
Campis Elysiis dedisse nomen;
Felix in DOMINO virescit IDATT.
Sanctorum in gremio potest putari,
Afflictiisque licebit aurumare
Ut nunc INDIGETES utrosque palpat!



Ut munda LUDOVICI abhinc cohortes,
Florentes STANESILAI catervas,
Castos Sauromatas simulque Celtas
Amplexu tenero caput Tribules!
Ut vultus hilares fert BOSSUETIS!
Ut praefat FENELONIOS libentes,
GERSONES, FLECHIERIOS, BOCHARTOS,
CLERCOS, MASSILIONIOS, FLEUROS!
Joëis molliculis Cuique nutans!
Ut tandem obvius agmini sereno,
Cui Dux CANTIUS, osculisque densis
Undique accipitur cavisque dextris!
Ovans alloquitur SCARBIMIROs ut!
SCHONAEOS, OPATOVIOs, GELONES,
HERCIOS, BZOVIOsque, GORSCIOsque,
COSMINUM, ILCUSIOS, LEOPOLITAS,
DRASCOS, PETRICIOS, VITELLIOSque.
Ut mixtus radiis refulcet aureis!
Ut praecinctus abijt stola & mitratus!
Hinc nectar redolet liquens odorem!
Illinc ambrosiae dapes fragrantès . . .
Regales epulae sinunt tepacem
Fletum rumpere praeficoque quaestus.

Viri! publica sit malo medela:
..IDATT non perit, ergo laetiores
Dormire Egregium Virum jubentes.
Huc lauros, oleas, rosas, eupresos,
Narcissos, violas, crocumque, thusque
Pis Manibus addite, ut sacrum ver
Respirent Cineres amoeniores
Secl is perpetuis & usque & usque
Praed ulcique quiete perfuantur.





